



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestria duo

**Strauch, Johann**

**Jenae, 1675**

Cap. VIII. De Jure Patronatus, processionibus. Ad can. 26. caus. 16. q. 7.  
can. certum de consec. dist. I. cap. Nobis 25. X. de jure patron.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10224**

ceteris minutis beneficiis. Hactenus iste. Non ergo Johannes XXII. primus auctor annatarum est, quamvis eas fortè adauxit, atque alio, quàm consecrationum nomine recepit. Nam Johannes iste Annatam ab omnibus beneficiis non electivis exegit in usus Ecclesiæ Romanæ, atque ob eam causam reservavit usque ad triennium fructus omnium præbendarum, Ecclesiarum, parochialium & capellarum, quæ intra illud temporis spatium vacarent, ut patet ex *Extrav. comm. cap. Cum nonnulla. de præbend. & dignit.* At hujus successores porrexerunt istud tributum etiam ad beneficia electiva.

## CAP. VIII.

De Jure Patronatus, processionibus. *Ἀνωσία, ἀνωσίου.* *Ad can. 26. caus. 16. q. 7. can. certum de consec. dist. 1. cap. Nobis 25. X. de jure patron.*

## SUMMARI A.

- |                               |  |
|-------------------------------|--|
| 1. Processionis aditus, quid. | 5. Jus presentandi quando Pontifices Patronis cesserunt. |
| 2. Melior expositio.          | 6. Patroni nihil possunt exigere ab Ecclesiâ.            |
| 3. Ἀνωσία ἀνωσίου.            |  |
| 4. Processiones, Litanie.     |  |

**A**ntiquitus Laici Ecclesias fundatas à se solebant sibi retinere, inde fiebat, ut qui ab his eas obtinere vellent, vel pecuniâ vel aliis modis redimere cogentur. Quam consuetudinem vehementer taxat Hincmarus in capitulis *tit. 4. c. 5.* Consequantur inde & hoc, ut beneficia Ecclesiæ a se dotata, cum viduata esset, ipsi pro arbitrio conferrent. Hæc consuetudo etiam presbyteros in suis possessionibus habebant, ut necesse illis non esset frequentato Ecclesias parochiales, de quo conqueritur Agobardus *c. 11. de priv. & jure sacerdot.* ubi id notat Dn. Baluzius. At verò fundatorem Ecclesiæ nihil juris in Ecclesiam habere, præter processionis aditum, qui Christianis omnibus in commune debeatur, ait Gelasius *can. 26. caus. 16. q. 7.* Sed quid est processionis aditus, quid.

cessionis aditus? Glossa exponit, licentiam adeundi Episcopum, Sunt, qui putant jus processionis appellari, cum celebri pompâ obviam eundum sit Patrono ad Ecclesiam accedenti, ad ambitum usque Ecclesiæ. A. de Butrio. *ad cap. Nobis. x. de Jur. Patron.* Lambertin. *11. de Jur. Patron. 1. part. pr. n. 15.* Finckelthaus. *de Jure Patron. c. 6. n. 146.* Ungepaar. *ad Decretales tit. de Jur. Patron. n. 37.* Sed si ita sit, cur tribuat Gelasius hujus processionis aditum non alium Patrono, quàm qui omni Christiano debeatur? Verius est, cum multi ædificantes Oratoria & ædículas sacras Martyrum in honorem publicas processiones instituerent, Gelasius, omnia jura fundatoribus ablaturus, hoc quoque prohibuit *can. certum. de consec. dist. 1.* ideò statuit, non alias processiones permitti oportere Patronis, quàm publicas, quibus ipsis eodem jure, quo aliis Christianis interesse liceat. Id sanè prohibuit Justinianus quoque *Nov. 123. c. 32.* ne Laici faciant *τιῷ λίτῃν*, quam *δημοσίᾳ προσόδῳ* vocat, *publicum processum Nov. 67. c. 1.* & Julianus Antecessor. Præ- tendebant ipsi fundatores gradum, dignitatemque non tantum in ordinatione & electione Clericorum, sed etiam jus procedendi in conventibus & cœtibus fidelium, instar Episcoporum aliorumve Prælatorum. Processionum autem honorem Prælati delatum, ex Tertulliano, libro *de prescript. adversus heret.* & Divo Augustino *22. de C. D. 8.* datur agnoscere. Erant processiones, supplicationes solennes publicæ cum hymnis & canticis apud Gregorium lib. 2. Græci *λιτανείας* vocant, quibus interesse solebant Reges, Principes & magistratus, & ad campos usque sequi sacerdotes. *Vide Zonar. tertio Annal.* Patroni autem peculiarem litaniam à reliquis sejunctam affectabant, quæ causa fuit Gelasio, eos in ordinem cogendi, ut litanias non nisi cum ceteris fidelibus celebrarent, donec Alexander III. *Cap. Nobis. 25. x. de Jur. Patron.* processionis honorem Patronis indulgeret post Clericos, qui primi semper sunt, *cap. 1. de vitâ & honest. Cler.* Fuit ergo hoc Patronorum jus. Postea jus præsentandi Clericos eis datum, quod introduxi- tandi quan- duxit Justinianus magnus *Nov. 57. & 123. c. 18.* Quod tamen serius admiserunt Pontifices, nec ante concilium IV. Toletanum. *can. ces Patronis decernimus, caus. 16. qu. 7.* Postea ex constitutione Pelagii, *can. Eleu- cesserunt.*

Melior ex-  
positio.

Δημοσία  
προσόδῳ.

Processio-  
nes, Litania

Jus præsen-  
tandi quan-  
do Pontifi-  
ces Patronis  
decernimus,  
caus. 16. qu. 7.

iberius 30. *caus.* 18. *qu.* 2. annum censum ut ferrent Patroni, vel partem oblationum, quæ solennioribus diebus offerrentur, effectum est, dummodo lege foundationis id actum esset, nec census modum excederet. Concilium Braccarense *can. si quis basilicam.* 10. *de Consecrat. dist.* 6. Unde hoc jure Patroni Ecclesiarum nihil possunt exigere, præter antiquos & moderatos redditus à Diocæsano Episcopo ab initio constitutos sub pœnâ excommunicatio-  
*Patroni nihil possunt exigere ab*  
*re Ecclesiâ.*  
*cap. præterea. de Jur. Patron. cap. cum Bertold. de sent. & re Ecclesiâ.*  
*jud.* Quod si tamen Patronus fortunæ invidiâ bonis clavit, alimenta ab Ecclesiâ petere non prohibetur. *can. contra. can. quicumque. caus.* 16. *q.* 7. & *cap. Nobis. x. de Jure Patron.*

## CAP. IX.

Quid sit conversio, quid ἀσκησις? μεταβολή Monachorum? Ad *can. Ingredientibus. caus.* 19. *qu.* 3. Et Justiniani Nov. V.

## S U M M A R I A.

- |                                      |                                  |
|--------------------------------------|----------------------------------|
| 1. Justinianus commendat monasticam. | 3. ἀσκησις.                      |
| 2. Conversio quid.                   | 4. Philosophi & Monachi ἀσκηταί. |

Justinianus Nov. 5. vitam monasticam commendans ita inquit: Justinianus  
 Δείη, τῆς τῶν θεῶν αἰπῶ λόγων παιδείας, καὶ ἀσκήσεως ἀκρεβῆς, commendat  
 ὡς τὴν τελικαύτης ἀξίῳ γενέσθαι μεταβολῆς. Interpres vulgatus *monasticana*  
 sic: Indiget divinorum eloquiorum eruditione, & conversationis integritate, ut tanta dignus factus sit mutatione. Retinet  
 versionem Haloander, μεταβολήν mutationem reddens: Sed aliâ  
 voce utitur Ecclesia, nempe *conversionis*. Converti dicebantur *Conversio*  
 generaliter, qui de vitâ seculari ad clericatum transferant. Gre- *quid.*  
 gorius Turonensis *lib.* 9. *c.* 33. In quâ, ait, causâ Theutacius Presbyter, qui nuper ex Referendario Sigeberti Regis conversus presbyterii honorem accepit. Propriè tamen & signatè converti dicebantur, qui è seculo ad Monachismum sese conferebant. Johan. Cassianus *lib.* 4. *Monast. Inst. cap.* 1. *Hi, qui ad dominum converti cupiunt, recipiantur in cœnobiis.* Hieronymus de exitu Leæ: Ita